

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Perfectio q  
cum fonte primo

Sunt

qui euangelicam perfectionem simulare  
potius quam in ueritate arripere  
uolunt,  
eorum scilicet laudibus prouocati  
qui uniuersis diuitiis mundi perfectam  
Christi perferunt nuditatem.

Collatione VI. Piamonis

illo igitur exemplo, quod in Annaniam et  
Sapphiram apostolica districtione  
punitum est, a nonnullorum  
contemplatione paulatim longa incuria et  
temporis oblitteratione subtracto emersit  
istud Sarabaitarum genus, qui ab eo,  
quod semet ipsos a coenobiorum  
congregationibus sequestrarent ac  
singillatim suas curarent necessitates,  
Aegyptiae linguae proprietate Sarabaitae  
nuncupati sunt, de illorum quos  
praediximus numero procedentes,  
qui euangelicam perfectionem simulare  
potius quam in ueritate adripere  
maluerunt, aemulatione  
scilicet eorum uel laudibus prouocati,  
qui uniuersis diuitiis mundi perfectam  
Christi praeferunt nuditatem.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,  
18, 7, 2 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,  
p.513, ll.16-27).